

**V**enite non passibus corporis  
sed mentis per fidem et deuotionem  
exultemus domino in exulta-  
tione seruiamus illi iubilemus cantemus  
laudes domino iesu christo quod sua mor-  
te pruit nobis salutem.

**E**t preueniamus faciem eius quod veni-  
turus est iudex ne preparari inueniamur  
et hoc confitendo peccata nostra an-  
teque ad iudicium veniat ut non inueniat quod  
damnes nos quod remuneret et iocunditate  
quam concipimus bonis operibus in-  
dicemus.

**A**merito iubilandum est ei. Quoniam do-  
minus creator omnium est magnus do-  
minus quod omnibus dominat et rex magnus  
super omnes principes et dignita-  
tes et potestates celi et terre.

**I**tem merito iubilandum est. Quia in  
potestate eius sunt omnes homines  
qui concluduntur finibus terre. et  
altitudines potestatum et dignita-  
tum huius seculi in eius potestate  
sunt. nullus enim potest eleuari in hunc seculo nisi  
eo operante vel permittente.

**Q**uoniam ipsius est mare et ipse  
fecit illud. et terram manus eius for-  
mauerunt. nibil enim est in eis quod ipse non  
fecerit.

**V**enite adoremus adoratione la-  
triae et procidamus ante deum humi-  
liemus nos in conscientiis nostris nosipos  
cinerem et puluerem reputantes. et plorae-  
mus pro peccatis nostris ante ipsum  
lacrima enim extinguit flammam peccati quod  
arder in conscientia. et hoc debemus quo-  
niam ipse fecit nos et ideo etiam quia  
ipse est dominus deus noster.

**I**deo euam debemus. quia ideo sumus  
populus paschue eius cui specialiter mo-  
do prouideret et nos reficeret spiritualibus bonis  
et corpore et sanguine suo et sumus oves  
non tantum sanguinis sui precio redempti. sed  
potestatis sue manu facte.

**V**ox christi ad iudeos. quia etsi populus  
et oves mee Si audieritis vocem in lege

notia quod prius locutus sum patribus in pio  
pberis hodie. i.e. tempore gratie quoniam  
ego ipse loquo. nolite obdurare corda  
vestra.

**N**olite obdurare dico. Sicut patres  
vestri fecerunt in irritatione facta i  
die qua temptauerunt me pres ves-  
tri dubitantes de potentia et probauere  
runt me quid possem et viderunt ope-  
ra mea que tot et tam mirabilia fuerunt  
quod nullo modo dubitare debebant de po-  
testate mea.

**E**t quia sic temptauerunt quadraginta  
annis offensus. id est. status sui ge-  
nerationi huic propter incredulitatem ipso-  
rum et dixi arguendo eos propterea et  
alios electos meos hi homines semper  
errant corde. ex certa scientia et voluntate  
quod me impotenter crediderunt.

**E**t licet ita dirissem eis. Iste tamen non  
cognoverunt precepta meas. sed enim non  
intrabunt isti tales duri et increduli in  
requiem meam eternam ut immobiliter et  
irreueocabiliter iurauit eis. bene autem alii bo-  
ni intrabunt.

**S**almus. XCV. in quo monet  
ad laudem dei edificatione domus  
spiritualis.

**V**ox prophete:

**C**antate domino  
filio dei qui est rex regum et dominus do-  
minantium novum canticum quod  
nouus homo natus est in mundo dicentes eum  
angelis gloria in excelsis deo. et cantate  
domino non solum iudei sed omnes ha-  
bitantes terram quod adiuetus christi omnis-  
bus fuit in salutem.

**C**antate domino et benedicite no-  
mini eius quod est iesus gratias agendo deum  
et beneficio annunciate o vos apostoli  
et prelati continue ipsum filium dei per  
quod genus humanum saluat.

**A**nnunciate predicate inter gentes  
ipsum christum gloriosum quia filius  
dei est in omnibus populis mirabilia

13

eius videlicet nativitate de virginine q̄ mor-  
tuos suscavit. et similia.

**B**ene dixi cantate Quoniam ipse Christus  
magnus in potentia Dominus omnis et lau-  
dabilis in bonitate. et non nisi quod nullus  
potest explicare quanta sit ei⁹ bonitas miseri-  
cordia et potentia. terribilis demonibus  
qui pro diis colebantur a gentibus.  
Vnde sequitur.

**Q**uoniam omes dei gentium demo-  
nia sunt. iste autem dominus cui cantandum  
est celos fecit et materiales et spirituales. scilicet  
angelos et sanctos viros

**P**rophecy de utilitate cantantium do sub-  
dens dicit. inde est Confessio peccatorum  
et pulchritudo multarum virtutum vni cōfis-  
tendo si homo pulcher. si ergo amas pulcri-  
tudinem confitere ut sic sis pulcher. i. iustus  
in conspectu eius inde enā est sancti-  
monia aie magnificientia operum que in  
nō nisi in sanctificatōe ei⁹. i. ipso sancti-  
ficante et donante sunt.

**O**patrie os familie gentium iā ab xp̄m  
puerarum afferte domino pro tanto  
beneficio gloriam et honorem in secre-  
to et in publico et ita conuersemū ut  
in vobis glorificetur nomē ei⁹.

**L**ollite hostias vos mei pos corde co-  
tritos et humiles et introite in atria ec-  
clesie militantis. et sic nō intrabitis vacui  
adorate dominum in ecclesia san-  
cta catholica. que est vniuersale atrium  
eius.

**O**mnes habitantes terram. id ē  
amatores seculi cōmoueantur coram  
Christo motu timoris ac reverētie  
tunus causa subditur. et vos iam conuersi  
dicite et predicare in gentib⁹ quia do-  
minus Iesus Christus regnauit. id est  
regnum super omnē creaturā accepit in sua re-  
surrectione et ascensione

**H**oc patet quoniam ipse Correxit or-  
bem terre ab errore idolatrie. q̄ atque pre-  
dicationis Christi et apostolorum ceperit cessare  
qui non commouebitur ex toto a ve-  
ritate fidei christiane quantumque tribulatiōni-  
bus impellatur. non autem tantum predi-

cate q̄ dominus regnauit sed etiam q̄ ius-  
dicabit populos in equitate sine ac-  
cepitione personarū reddens unicuique pro  
merito

**P**ro bace equitate iudicii in quo remu-  
nerabuntur homines. Letentur celi. id ē san-  
cti superiores. et exultent humiliores  
sancti. moueatur seculum ad gaudi-  
um a minimo usq; ad maximum gaude-  
bunt humiles et mites et omes viri  
tes eoz in spe future felicitatis.

**T**unc s. post puerionem exultabūt  
omnes gentes conuerse ad christū  
q̄ prius erant ligna siluarum inculta et  
infructuosa. a facie domini quia vesti.  
in primo adueniu ad redimendū. et quia  
venit in secundo aduentu ad iudicandum  
omnes habitantes terram.

**Q**ui Iudicabit omes terreni equi-  
tate singulis reddens pro meritis et poi-  
pulos in veritate sua. id est. sicut q̄ unus  
quisque eorum periuat sibi cōmissam di-  
spensauit.

**S**alms. XCVI. in quo monet  
ad exultationem. quia

**D**ominus Iesus Christus  
regnauit regnum et dominus  
in sua resurrectione accipiens sup  
omnia creata exultent habitantes in  
terra quia per resurrectionem ei ascensio-  
nem prebuit alijs in gressum ad gloriam le-  
tentur etiam eadem causā insulae multe  
in quibus propagata est fides christiana

**P**rophecy describens qualiter sit vetu-  
rus ad iudicium dicit. quando ventur⁹ est  
ad iudicium filius dei veniet in luce cū  
potestate magna et maiestate q̄ ppiter eius  
incōprehensibilitatem dicitur caligo et  
correctio orbis procedens ex sede. id est  
potestate iudicaria eius erit iusta et  
recta et irreuocabilis.

**F**laminis conflagrationis ante ipsum  
precedet qui data sententia iudicis in-  
volvet reprobos et sic derudentur in  
infernum.